Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 7.



Albertich.

Anonymi de Animalibus.

Cod. VI.

1. 1. b.

Chartac. Fol. maj. Sæc. 14.

Primum folium membraneum, cætera 306 chartac. Litteræ librorum initiales. ad lib. 17 usque eleganter a miniatore ornatæ. Videtur hic Codex Sæc. 14. exaratus. Continet libros 26 cujusdam Authoris anonymi de animalibus. Nescio qui factum sit, ut hic Codex libros 19 Aristotelis de animalibus continere crederetur; cum obvia quævis inspectio detexisset errorem. Nam nec librorum tituli nec numerus cum editis Aristotelis operibus conveniunt. Præterea lib. 3. Tract. I. cap. 2. /: ut pluribus aliis:/ adducuntur opiniones Galieni /sic/ Aviceñæ, Averrois, et Aristotelis, qui Peripatheticorum magister et princeps nominatur. Juvat collationis gratiâ non nullos librorum Codicis nostri titulos seu inscriptiones adferre.

Liber I. "Incipit liber de animalibus primus, qui est "de membris animalium, et præcipue perfectissimi animalis, qui est homo: atque primus tractatus est de "diversitate animalium in membris et vita. Capitulum primum, et est + disgressio declarans disgressionem animalium et qualiter comparantur ad invicem animalia "secundum participationem partium."

Inchoatur: Scientiam de animalibus.

Lib. II. "Incipit Liber secundus de animalibus, in quo "agitur de compositione aliorum animalium ad hominem secundum convenientiam et differentiam. "Tractatus primus de manifestis membris. Capitulum primum de convenientia, quae est in superioribus membris capitis colli et pectoris."

Initium: Nos ad hoc in libro promisso.

Liber III. "Incipit liber tertius animalium, qui "totus est de origine similium membrorum, quæ "sunt in animalibus. Tractatus primus est de Anathomia venarum et sanguinis origine istorum "duorum, et de origine nervorum. Capitulum "primum, quæ intentio libri et de opinionibus antiquorum de origine venarum sanguinis."

Initium: Hoc quam diximus est dispositio.

Liber IV "Incipit Liber quartus animalium. Cujus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 8.



"primus tractatus est de diversitate marinorum San-
"guinem non habentium. Caput primum qua sit
"libri intentio et qua diversitas marinorum San-
"guinem non habentium et qua sit diversitas ma-
"chiæ membrorum ejus."

Initium: Jam in prohabito libro sufficienter dictum est.

Liber 26. et ultimus agit de vermibus; ubi in fine author se philosophiae naturalis peripatheticorum interpretem a lectoribus suis haberi vult et exposito rem, et addit: "Si autem non legens et comparans reprehenderet, tunc constat ex odio eum reprehendere, vel ignorantia, et ego talium hominum parum curo reprehensionem." etc.

"Explicit opus naturalium."

Quis autem fuerit iste interpres, mihi autem ignotum.
Quetif Script. ord. Prod. T I. p. 174. Iandem me docuit, hoc opus esse Alberti groti seu Magni, ord. Prod. Episc. Ratisbon. Magistri S. Thomæ Aquin. qui obiit ao 1280. Extat in edit. opp. Alb. quam adornavit Jammy, Lugd. 1651. Tomo 6to. Plura de eo dat Quetif l. c. p. 162. Legg.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 6

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1715

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)